

stadha. duobus attungis cum dimidio terre parrochie eiusdem mihi dimissis pro vna. marcha. terre et ipsius attinenciis in akerbý parrochia resbohundere. et XII. oris terre in resbokiill eidem matrone. dimissis teneri et esse veraciter obligatum. Pro quibus centum XX:ti marchis denariorum eidem Katerine bona. mea. in godhogardhum. cum omnibus eorundem bonorum pertinenciis., ad dies suos regenda. et habenda. libere. dimitto et assigno. tali. interposita. condicione. quod cum deus eandem Katerinam. ab hac luce vocauerit. obligo. me. ad soluendum centum viginti marchas denariorum supradictas., heredibus. eiusdem. katerine. quod, si. deus., ante mortem. eiusdem katerine me. vocauerit. supplere debeant heredes. mei., bonis predictis in godhagardha reuerti. ad me. vel meos heredes non debentibus. ante solutionem tocius debiti supradicti In cuius testimonium. sigillum meum presentibus .est. appensum. Datum. Anno. domini Millesimo. CCC:mo XL quinto die Marcelli pape et martiris. sigillo eciam. fratris mei domini. vlphonis aberni. appenso. in testimonium premissorum. Datum vt supra.

Sigillen: N:o 1, Nils Abjörnssons (sparre, omgifven af 3 stjernor); N:o 2, Ulf Abjörnssons (sparre) nära utplånadt, på remsor klippta ur brevet och genomdragna dess nedra kant.

3891.

1345 d. 20 Jan.

Nyköping.

Konung MAGNUS stadfästar på rättartinget de, i anledning af tvist mellan Riddaren Ingevald Estridsson och Andreas Hemmingsson, af särskildt förordnad Folklandsting bestämda gränser eller s. k. "stafva", hvilka uppräknas; samt förbjuder en hvar att mot denna dom göra brefvisaren Mathias i Hezdal något intrång.

Vidim. afskr. på perg. i Upsala Univers. Bibl. *)

Nos magnus dei gracia rex swecie norwegie et scanie Constare volumus euidenter quod nos Anno domini M CCC XL quinto die sanctorum fabiani et sebastiani martirum nycopie in placito nostro justiciario personaliter constituti, scrutinium generale dictum folklandzthing super litigio quod inter nobiles viros. dominum jngiualdum æstrithæson militem ex vna parte et andream hemmingxson ex altera vertebatur, legaliter decindendo (!) specialiter nominatum tenorepresencium cum approbamus, volentes et sentencialiter diffinientes, limites dictos stafwa Primum videlicet ex opposito ad røtha hæll. situm, secundum in ipsa røthahæll. et tercium in thyufuaholm per idem scrutinium rite depositos distinguentes. prout nunc sunt in perpetuum in locis memoratis perdurare. vnde sub optentu gracia nostre firmiter prohibemus nequis. cuiuscum-

*) Intaget jemte flera bref i en af Riddarne Carl Ulfsson af Tofta och Niklis Gedda m. fl. den 21 Maj 1385 utgifven vidimation.

que condicionis aut status existat mathiam in hezdall presencium exhibitorem iuri suo in hac parte jnnitentem presumat contra hanc sentenciam nostram. diffinituam quomodolibet molestare sicuti penam amissionis XL marcarum duxerit euitandam Datum sub sigillo nostro ad causas Anno die et loco supradictis.

3892.

1345 d. 20 Jan.

Nyköping.

Konung MAGNUS stadfästar framlidne Riddaren Nils Björnssons enkas Katerinas testamentariska gåfva af gården Anæ jemte underlydande Ryninge m. m. till Riseberga kloster, samt uppdrager åt Biskop Frender i Strengnäs att ytterligare taga saken omhand, ifall någon skulle vilja sätta sig emot denna Konungens stadfästelse.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Magnus. Dei gracia rex swecie. noruegie. et skanie. Omnibus presens scriptum cernentibus. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod nos collacionem curie Anæ dicte. cum omnibus adiacenciis scilicet rÿnynghe. gwdmundægærghe. cum molendinis. cum aliis quibuscumque dependiciis. eidem curie Anæ. ab antiquo annexis. monasterio risebærgh. per nobilem dominam Katerinam consortem domini Nicholai Björnsson. bone memorie. testamentaliter factam. vt ex litteris suis super hac collacione confectis. lucide cognouimus. per presentes approbamus, auctoritate regia confirmantes., Vnde per graciam nostram districcius prohibemus, Nequis cuiuscumque condicionis, aut status, abbatissam. seu sorores. predicti monasterii super collacione huiusmodi. rite et racionabiliter facta. ac per nos confirmata. aliququaliter jmpetere audeat. seu quomodolibet jmpedire. Contra quam confirmacionem nostram si quis temere venire presumpserit, venerabili. in christo patri nobis dilecto. domino Frendero. Episcopo strængnensi. vltiorem exequcionem committimus in premissis. Datum Nykøpie Anno. domini M°. CCC°. XL° quinto, die beatorum fabiani. et sebastiani martirum.

På frånsidan: Littera de alna et ryninge.

Konungens stora sigill, skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

3893

1345 d. 20 Jan.

Upsala.

DOMPROSTEN och KAPITLET i Upsala intyga, att Riddaren Bengt Tukason, i deras och framlidne Ärkebiskop Peters närvaro, erkänt, att hans hustru Fru Agatha gifvit honom på hans lifstid 2 markland jord i Lunda i Danmarks socken, på sådant vilkor, att om han med henne erhöle barn, skulle nämnda jord till dem gå i arf; men om han barnlös doge före henne, skulle godsens återgå till henne, och om hon doge först, skulle han endast i sin lifstid hafva nyttjanderätt till desamma.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis prepositus et capitulum vpsalense Salutem in domino sempiternam Tenorepresencium dicimus et testamur quod